



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum ignorantia sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

miseri cordia, vel innocentia causa.

AD SEPTIMUM dicendum, quod ignorantia re- ducitur ad genus causa mouentis, non per se: sed per accidens, ut dictum est.

AD OCTAVUM dicendum, quod nihil prohibet ignorantiam esse effectum alicuius peccati, & cau- sam alterius. Sicut & concupiscentia fomitis, est in nobis causata ex peccato primi parentis: & tamen est causa multorum actualium peccatorum.

ARTICVLVS VII.

Utrum ignorantia sit peccatum.

SEPTIMO quaeritur, vtrum ignorantia sit pec- catum, & videtur quod no. Opposita enim sunt vnius generis. Vnde Aug. dicit in 5. de Trinit. quod homo, & non homo, vtrumque secundum substan- tiam dicitur: sed ignorantia opponitur scientia, scien- tia autem est in genere habitus. ergo & ignorantia. sed peccatum non est in genere habitus: sed magis in genere actus, quia peccatum est factum vel dictum vel concupitum contra legem Dei. ergo ignorantia non est peccatum.

¶ 2 Præ. Gratia magis opponitur peccato, quam scientia, quia scientia potest esse cum peccato, non autem gratia: sed priuatio gratie non est peccatum, sed poena. ergo neque ignorantia quæ est priuatio scientia est peccatum: sed magis poena.

¶ 3 Præ. In lib. de Regulis Theologie, dicitur quod nul- la priuatio est meritum præmij vel poenæ: sed omne peccatum est meritum poenæ. ergo nulla priuatio est peccatum. Ignorantia autem est priuatio. ergo ignorantia non est peccatum.

¶ 4 Præ. Per rationem a brutis differimus. Remoto ergo eo quod est ronis, remanet solum id quod est nobis & brutis commune: sed in brutis non est pec- catum. ergo ignorantia in nobis per quam tollitur id, quod ad rationem pertinet, non est peccatum.

¶ 5 Præ. Si aliqua ignorantia sit peccatum, oportet quod illa ignorantia sit voluntaria, & sic voluntatem hæt precedentem: sed quando voluntas ignorantiam præ- cedit, in ipsa voluntate ignorandi peccatum consistit.

¶ 6 Præ. Aug. dicit in lib. Retractionum, Qui nesciens peccauit, non incongruenter volens peccasse dici potest: quis & ipse quod ipse nesciens fecit, volens tñ fecit, quia voluit actum peccati. In sola ergo voluntate actus pec- cati consistit. Ipsa ergo ignorantia non est peccatum.

¶ 7 Præ. Aug. dicit in lib. de Lib. arb. Non tibi imputa- tur ad culpam, si iuitus ignores. sed si scire neglexeris. Ipsa ergo negligentia scire est peccatum, & non ignorantia.

¶ 8 Præ. Omne peccatum vel est actus elicitus a volun- tate, vel est actus a voluntate imperatus: sed ignora- tia non elicitur a voluntate, quia non est in volun- tate: sed in intellectu. Similiter non imperatur a volun- tate: ignorantia enim non potest esse volita, quia omnes homines naturaliter scire desiderant.

¶ 9 Præ. Omne peccatum est voluntarium: voluntarium autem est in cognoscere, ut dicitur in 3. Ethic. ergo ignora- tia que cognitionem excludit, non potest esse peccatum.

¶ 10 Præ. Omne peccatum per penitentiam tollitur: sed post penitentiam ignorantia manet. ergo non est peccatum.

¶ 11 Præ. Nullum peccatum manet actu & transit reatu, nisi originale: sed ignorantia manet actu etiam transiente reatu. Cum ergo non sit peccatum ori- ginale, quia sic sequeretur quod esset in omnibus, videtur quod non sit peccatum.

¶ 12 Præ. Ignorantia continue manet in ignorante. Si ergo ignorantia esset peccatum, sequeretur quod per

A singula momenta ignorans infinites peccaret.

SED CONTRA est, quod dicitur in ad Corinth. 13. Si quis ignorat ignorabitur, scilicet per reprobatio- nem: sed talis reprobatio debetur peccato, ergo ignorantia est peccatum.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in lib. de Lib. arb. quod stulti- tia est rerum appetendarum, & fugiendarum vitio- sa ignorantia: sed omne vitiosum est peccatum. ergo aliqua ignorantia est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod differt nescientia, ignoran- tia, & error. Nescientia enim simplicem negationem scientia importat. Ignorantia vero quæque quidem significat scientia priuationem, & tunc ignorantia ni- hil est aliud quam carere scientia, quam quis natus est habere: hoc enim est de ratione priuationis cuiuslibet. Quandoque autem ignorantia est aliquid scientia contrarium, quæ dicitur ignorantia peruersa disposi- tionis, puta, cum quis habet habitum falsorum princi- piorum, & falsarum opinionum, ex quibus impedi- tur a scientia veritatis. Error autem est approbare falsa pro veris: unde addit actum quandam super ignora- tiam. potest enim esse ignorantia sine hoc quod aliquis de ignotis sententiam ferat, & tunc ignorans est, & non errans: sed quando iam falsam sententiam fert de his quæ nescit, tunc proprie dicitur errare, & quia pecca- tum in actu consistit, error manifeste habet rationem peccati. Non enim est absque præsumptione, quod ali- quis de ignotis sententiam ferat, & maxime in quibus periculum existit, sed nescientia de se nec ratio- nem culpæ, nec poenæ habet: quod enim aliquis nesciat ea, quæ ad ipsum non pertinent scire, vel quæ non est natus scire, nec culpa, nec poena est. Vnde in angelis beatis est nescientia, ut Dionysius dicit in 6. capite Eccle- siasticæ Hierar. sed ignorantia de se rationem poenæ di- cit. Non autem omnis ignorantia habet rationem cul- pæ. Ignorare enim ea, quæ quis non tenetur scire, abs- que culpa est: sed ignorantia illa quæ quis ignorat ea, quæ tenetur scire, non est absque peccato. Tenet autem scire quilibet ea, quibus dirigitur in propriis actibus. Vnde omnis homo tenet scire ea, quæ fidei sunt, quia fides intentionem dirigit, & tenetur scire præcepta decalogi, per quæ potest peccata vitare, & bona facere. Vnde & coram omni populo sunt diuini tus promulgata, ut habetur Exod. 20. Secretiora autem legis Moyses & Aaron a Domino audierunt. Vnde quisque autem super hæc tenetur scire, quæ ad suum officium pertinent, sicut Episcopus ea, quæ p- tinent ad officium episcopale, & Sacerdos ea, quæ pertinent ad officium sacerdotale, & sic de aliis, & horum ignorantia non est sine culpa. Potest ergo talis ignorantia considerari tripliciter. Vno modo, scilicet se, & sic non habet rationem culpæ: sed poenæ: Di- ctum est enim supra, quod malum culpæ est priuatio ordinis in actu, malum autem poenæ est priuatio per- fectionis a subiecto agente. unde priuatio gratie vel scientia, habet rationem poenæ, si se se consideret. Alio modo, potest considerari talis ignorantia per cõparationem ad causam, sicut n. causa scientia, est ap- plicatio animi ad sciendum: ita causa ignorantia est animum ad sciendum non applicare. & hoc ipsum quod est non applicare animum ad sciendum id, quod quis debet scire, est peccatum omissionis. Vnde, si talis priua- tio cum causa præcedenti accipiatur, erit peccatum actuale per modum, quod omissio peccatum dicitur. Tertio modo potest considerari talis ignorantia per cõparatio- nem ad id, quod ex ea sequitur, & sic quæque est causa peccati, ut supra dictum est. Potest etiam ignorantia per

B habere: hoc enim est de ratione priuationis cuiuslibet. Quandoque autem ignorantia est aliquid scientia contrarium, quæ dicitur ignorantia peruersa disposi- tionis, puta, cum quis habet habitum falsorum princi- piorum, & falsarum opinionum, ex quibus impedi- tur a scientia veritatis. Error autem est approbare falsa pro veris: unde addit actum quandam super ignora- tiam. potest enim esse ignorantia sine hoc quod aliquis de ignotis sententiam ferat, & tunc ignorans est, & non errans: sed quando iam falsam sententiam fert de his quæ nescit, tunc proprie dicitur errare, & quia pecca- tum in actu consistit, error manifeste habet rationem peccati. Non enim est absque præsumptione, quod ali- quis de ignotis sententiam ferat, & maxime in quibus periculum existit, sed nescientia de se nec ratio- nem culpæ, nec poenæ habet: quod enim aliquis nesciat ea, quæ ad ipsum non pertinent scire, vel quæ non est natus scire, nec culpa, nec poena est. Vnde in angelis beatis est nescientia, ut Dionysius dicit in 6. capite Eccle- siasticæ Hierar. sed ignorantia de se rationem poenæ di- cit. Non autem omnis ignorantia habet rationem cul- pæ. Ignorare enim ea, quæ quis non tenetur scire, abs- que culpa est: sed ignorantia illa quæ quis ignorat ea, quæ tenetur scire, non est absque peccato. Tenet autem scire quilibet ea, quibus dirigitur in propriis actibus. Vnde omnis homo tenet scire ea, quæ fidei sunt, quia fides intentionem dirigit, & tenetur scire præcepta decalogi, per quæ potest peccata vitare, & bona facere. Vnde & coram omni populo sunt diuini tus promulgata, ut habetur Exod. 20. Secretiora autem legis Moyses & Aaron a Domino audierunt. Vnde quisque autem super hæc tenetur scire, quæ ad suum officium pertinent, sicut Episcopus ea, quæ p- tinent ad officium episcopale, & Sacerdos ea, quæ pertinent ad officium sacerdotale, & sic de aliis, & horum ignorantia non est sine culpa. Potest ergo talis ignorantia considerari tripliciter. Vno modo, scilicet se, & sic non habet rationem culpæ: sed poenæ: Di- ctum est enim supra, quod malum culpæ est priuatio ordinis in actu, malum autem poenæ est priuatio per- fectionis a subiecto agente. unde priuatio gratie vel scientia, habet rationem poenæ, si se se consideret. Alio modo, potest considerari talis ignorantia per cõparationem ad causam, sicut n. causa scientia, est ap- plicatio animi ad sciendum: ita causa ignorantia est animum ad sciendum non applicare. & hoc ipsum quod est non applicare animum ad sciendum id, quod quis debet scire, est peccatum omissionis. Vnde, si talis priua- tio cum causa præcedenti accipiatur, erit peccatum actuale per modum, quod omissio peccatum dicitur. Tertio modo potest considerari talis ignorantia per cõparatio- nem ad id, quod ex ea sequitur, & sic quæque est causa peccati, ut supra dictum est. Potest etiam ignorantia per

C quis de ignotis sententiam ferat, & maxime in quibus periculum existit, sed nescientia de se nec ratio- nem culpæ, nec poenæ habet: quod enim aliquis nesciat ea, quæ ad ipsum non pertinent scire, vel quæ non est natus scire, nec culpa, nec poena est. Vnde in angelis beatis est nescientia, ut Dionysius dicit in 6. capite Eccle- siasticæ Hierar. sed ignorantia de se rationem poenæ di- cit. Non autem omnis ignorantia habet rationem cul- pæ. Ignorare enim ea, quæ quis non tenetur scire, abs- que culpa est: sed ignorantia illa quæ quis ignorat ea, quæ tenetur scire, non est absque peccato. Tenet autem scire quilibet ea, quibus dirigitur in propriis actibus. Vnde omnis homo tenet scire ea, quæ fidei sunt, quia fides intentionem dirigit, & tenetur scire præcepta decalogi, per quæ potest peccata vitare, & bona facere. Vnde & coram omni populo sunt diuini tus promulgata, ut habetur Exod. 20. Secretiora autem legis Moyses & Aaron a Domino audierunt. Vnde quisque autem super hæc tenetur scire, quæ ad suum officium pertinent, sicut Episcopus ea, quæ p- tinent ad officium episcopale, & Sacerdos ea, quæ pertinent ad officium sacerdotale, & sic de aliis, & horum ignorantia non est sine culpa. Potest ergo talis ignorantia considerari tripliciter. Vno modo, scilicet se, & sic non habet rationem culpæ: sed poenæ: Di- ctum est enim supra, quod malum culpæ est priuatio ordinis in actu, malum autem poenæ est priuatio per- fectionis a subiecto agente. unde priuatio gratie vel scientia, habet rationem poenæ, si se se consideret. Alio modo, potest considerari talis ignorantia per cõparationem ad causam, sicut n. causa scientia, est ap- plicatio animi ad sciendum: ita causa ignorantia est animum ad sciendum non applicare. & hoc ipsum quod est non applicare animum ad sciendum id, quod quis debet scire, est peccatum omissionis. Vnde, si talis priua- tio cum causa præcedenti accipiatur, erit peccatum actuale per modum, quod omissio peccatum dicitur. Tertio modo potest considerari talis ignorantia per cõparatio- nem ad id, quod ex ea sequitur, & sic quæque est causa peccati, ut supra dictum est. Potest etiam ignorantia per

D No ergo ignorantia est peccatum: sed voluntas ignorandi.

¶ 6 Præ. Aug. dicit in lib. Retractionum, Qui nesciens peccauit, non incongruenter volens peccasse dici potest: quis & ipse quod ipse nesciens fecit, volens tñ fecit, quia voluit actum peccati. In sola ergo voluntate actus pec- cati consistit. Ipsa ergo ignorantia non est peccatum.

¶ 7 Præ. Aug. dicit in lib. de Lib. arb. Non tibi imputa- tur ad culpam, si iuitus ignores. sed si scire neglexeris. Ipsa ergo negligentia scire est peccatum, & non ignorantia.

¶ 8 Præ. Omne peccatum vel est actus elicitus a volun- tate, vel est actus a voluntate imperatus: sed ignora- tia non elicitur a voluntate, quia non est in volun- tate: sed in intellectu. Similiter non imperatur a volun- tate: ignorantia enim non potest esse volita, quia omnes homines naturaliter scire desiderant.

¶ 9 Præ. Omne peccatum est voluntarium: voluntarium autem est in cognoscere, ut dicitur in 3. Ethic. ergo ignora- tia que cognitionem excludit, non potest esse peccatum.

¶ 10 Præ. Omne peccatum per penitentiam tollitur: sed post penitentiam ignorantia manet. ergo non est peccatum.

¶ 11 Præ. Nullum peccatum manet actu & transit reatu, nisi originale: sed ignorantia manet actu etiam transiente reatu. Cum ergo non sit peccatum ori- ginale, quia sic sequeretur quod esset in omnibus, videtur quod non sit peccatum.

¶ 12 Præ. Ignorantia continue manet in ignorante. Si ergo ignorantia esset peccatum, sequeretur quod per

Quæst. diu. Tho. Q tunc

Lib. 3. ca. 24. pars a prin- cipio to. 1.

1. 2. q. 76. ar.

Cap. 7. Ecclie- siasticæ Hierar. 6. media.

Q. præced. ar. 2. et 3.

Ar. præced.

Utrum ignorantia excuset peccatum, vel diminuat.

QSTAVO quaeritur, utrum ignorantia excuset peccatum vel diminuat. & videtur quod non. Illud enim quod aggrauat peccatum, non excusat ipsum, nec in toto nec in parte: sed ignorantia aggrauat peccatum. dicit enim Ambrosius super illud ad Roman. 2. An ignoras quod benignitas Dei benignissime peccas si ignoras. ergo ignorantia non excusat peccatum, neque a toto, neque a tanto.

¶ 2 Prat. In Decretis dicitur 24. causa q. 1. quod ille qui communicauit cum Hareticis excuset hoc ipso peccauit, quod nefciuit eos errare. Sic ergo ignorantia aggrauat peccatum, & non excusat.

¶ 3 Prat. Ignorantia consequitur ebrietatem: sed ebrius qui propter ebrietatem committit homicidium, aut aliquid peccatum, meretur duplices maledictiones, ut dicitur in 3. Ethicor. ergo ignorantia non diminuit: sed auget peccatum.

¶ 4 Prat. Peccatum peccato additum fit maius: sed ignorantia ipsa est quoddam peccatum, ut dicitur: ergo non diminuit: sed auget peccatum.

¶ 5 Prat. Id quod communiter inuenitur in omni peccato, non diminuit peccatum: sed ignorantia communiter inuenitur in omni peccato, quare dicitur in 3. Ethic. Omnis malus ignorans. Cum conueniat quod dicitur Proverb. 14. Errant qui operantur malum. ergo ignorantia non diminuit, vel excusat peccatum.

SED CONTRA. Peccatum maxime consistit in contemptu Dei, sed ignorantia diminuit contemptum, vel totaliter tollit. ergo excusat peccatum vel in toto vel in parte.

RESPON. Dicendum, quod cum de ratione peccati sit quod sit voluntarium, in tantum ignorantia habet excusare peccatum in toto vel in parte, in quantum tollit voluntarium. Est autem considerandum quod ignorantia voluntarium sequens tollere potest: non autem voluntarium praecedens. cum autem ignorantia sit in intellectu, ordo ignorantiae voluntarii, considerari potest ex ordine intellectus ad voluntatem. praecedit enim ex necessitate, intellectus actum voluntatis: quia bonum intellectum est voluntaris obiectum. & ideo sublatam cognitione intellectus per ignorantiam auferuntur voluntatis actus, & sic tollitur voluntarium quantum ad id, quod est ignoratum. Vnde si in eodem actu aliquid sit ignoratum, & aliquid scitum potest voluntarium quantum ad id quod est scitum, non per tamen est inuoluntarium quantum ad id quod est ignoratum: siue ignoretur deformitas actus (puta, cum aliquis nescit fornicationem esse peccatum, voluntarie quidem facit fornicationem, sed non voluntarie facit peccatum) siue ignoretur constantia actus, sicut cum aliquis accedit ad mulierem, quam credit esse suam, voluntarie quidem accedit ad mulierem: sed non voluntarie ad suam. & quamuis semper ignorantia causet voluntarium, non tamen semper causat inuoluntarium. Non uoluntarium enim dicitur per solam motionem actus voluntaris: sed inuoluntarium per hoc, quod uoluntas contrariatur ei quod facit de ad inuoluntarium sequitur tristitia, quae tamen non consequitur semper ad non uoluntarium. Contingit enim quandoque, quod aliquis accedat ad non suam, quam credit suam esse: quamuis non facit actu ad non suam accedere, quia nescit eam esse non suam.

finere ad peccatum originale, ut dicit Hugo de scto F. Videtur quod sic considerandum est. In peccato originali est aliquid formale. scilicet carentia originalis iustitiae, quae pertinet ad uoluntatem. Sicut autem ex originali iustitia, per quam uoluntas Deo coniungebatur, fiebat quaedam perfectionis redundantia in alias uires, ita. scilicet ratione illustrata cognitione ueritatis, irascibilis & concupiscibilis sortirentur rectitudinem a ratione: ita subtrahenda originali iustitia a uoluntate deficit cognitio ueritatis in intellectu, & rectitudo in irascibili & concupiscibili, & sic ignorantia, & fomes sunt materiae in peccato originali, sicut & conuersio ad bonum commutabile in peccato actuali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod priuatio scientiae, & gratiae, habet rationem culpae, secundum quod accipitur simul cum sua causa, quae pertinet ad genus actus. Non agere enim agere in eodem genere considerantur, secundum regulam Augustini. inductam, & per hoc patet solutio ad secundum, & tertium.

AD QVARTVM dicendum, quod ignorantia quamuis priuet aliquam rationem perfectionis, non tamen tollit ipsam rationem, per quam a brutis differimus. unde ratio non sequitur.

AD QVINTVM dicendum, quod cuiuslibet peccati radix in uoluntate consistit, sicut supra dictum est: nec tamen sequitur quod propter hoc actus uoluntatis non sit peccatum. Vnde nec etiam dicitur, quod ignorantia non sit peccatum: licet radix peccati in uoluntate ignorandi consistat.

AD VI. dicendum, quod Augustinus loquitur ibi de peccato, quod per ignorantiam agitur: hoc autem peccatum quod in sola uoluntate actus consistit, & non in ipsa ignorantia. Dicitur enim supra, quod non omnis ignorantia est peccatum: quae est causa peccati.

AD VII. dicendum, quod ignorantia quae est omnino inuoluntaria, non est peccatum. & hoc est quod Augustinus dicit. Non tibi imputatur ad culpam, si inuoluntarius ignores. per hoc autem quod addit: sed si scire neglexeris, dat intelligere, quod ignorantia habet, quod sit peccatum ex negligentia praecedente, quae nihil est aliud quam non applicare animam ad sciendum ea, quae quis debet scire.

AD VIII. dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse secundum se naturaliter uoluntatis: quod tamen non uolumus propter aliquid adiunctum. Sicut aliquis naturaliter uult, integritatem sui corporis conseruari: & tamen interdum uult sibi abscindi manum uitiatam, si ex ea periculum totius corporis timeat & similiter naturaliter uult homo scientiam: sed tamen propter laborem addiscendi, uel ne impediatur a peccato quod diligit, scientiam recusat. & sic ignorantia est a uoluntate quoddammodo imperata.

AD IX. dicendum, quod licet ignorans non cognoscat illud quod ignorat: cognoscit tamen uel ignorantiam ipsam, uel id propter quod non refugit ignorantiam & ita ignorantia potest esse peccatum uoluntarium.

AD X. dicendum, quod post poenitentiam licet remaneat ignorantia: tollitur tamen ignorantiae reatus.

AD XI. dicendum, quod peccatum ignorantiae non consistit in sola priuatione scientiae: sed in ea simul cum causa praecedente, quae est negligentia addiscendi. Quae quidem negligentia si maneret actu, reatus non transiret. Est tamen ignorantia, cum qua omnes nascimur, quodammodo ad peccatum originale pertinens, ut dictum est.

AD XII. Dicendum, quod sicut in alijs peccatis omissionis, non continue peccat aliquis quando non agit, sed solum in tempore pro quo aliquis obligatur ad agendum: ita est etiam de ignorantia dicendum.

In lib. 1. de sacramentis par. 7. ca. 27. 28. 29.

Q. de malo ar. 2. & 3.

Ar. praeced.

Li. 3. de lib. arb. cap. 19. tom. 1.

In corp. art.